

DE SUMMA OPERIS.

tractas eam audiat: *Quis quesivit hæc de manibus ve-*
aliena, stris? Non locutus sum cum Patribus vestris, &

E. 1. non præcepi eis, de ejusmodi disputationum &
2. 1. anathematum propter disputationes sacrifi-
7. 22. cio. Sed hoc verbum præcepi eis, dicens; Audite vo-
23. cem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi pò-
pulus: & ambulate in omni via quam mandavi vo-
bis; ut bene sit vobis. Non enim in sermone est re-

1. Cor. gnum Dei, ejusq; veritas, sed in virtute: quâ ei
4. 20. quam novimus veritati & quam sermone
profitemur, affectus etiam reverâ & facta
respondeant. Ostende mihi fidem tuam ex operi-

Luc. 2. bus & c. EPIPHANIVS: Magna jactant; & parva
12. ignorant: libertatem promittunt; cum ipsi sint servi
dicta peccati. De magnis gloriantur: & parvorum omni-
har. 39 no participes facti non sunt.

33. At si nihil horum fortè nobis per-
 suaderi patimur, led damnamus facile usq;
 facto refu-
 tans
 propri
 a,
 alios, & tanquam pertinaces ac subversos
 vitandos docemus, nec quærendam ulterio-
 rem monendi & conferendi humaniter oc-
 casionem: ne fortè dubitare de nostrâ, quæ in
 putamus, fide, nec satis infallibiles singuli in
 his vel in illis quæstionibus controversis ju-
 dices esse, vel infallibilibus credidisse videa-
 mur. Et, si ne hoc quidem a nobis impetra-
 ri potest, ut de talibus, præsertim criminis
 nullius aperti reis, saltem non omnino & peni-
 tus desperemus; & patientia ac charitatis, quod
 ad cætera demonstratione, eos obmutescere facia-
 mus magis, quam persecutione: utque eos,
 qui